

quod sit faciundum fortasse post, idem hoc nunc si feceris.

610 *SO.* fors fuat pol. *LA.* ab ĩrus ergo hinc: ibi ego tē ět tu me ferēs.

SO. spero ecastor. *LA.* ĩ ěrgo intro et compone quae 5
tecum simul

ferantur: dixi. *SO.* ita ut iubes faciam.—*PA.* pater.

LA. quid vis, Pamphile? *PA.* hinc abire matrem? minime.

LA. quid ita ĩstuc vis?

PA. quia de uxore incertu' sum etiam quid sim facturus.

LA. quid est?

615 quid vis facere nisi redducere? *PA.* equidem cupio et vix
contineor;

sed non minuam meũm consilium: ex usu quod ěst id 10
persequar:

credo eã gratia concordēs [magis], si non redducam, fore.

LA. nescias: verum id tuã refert nil utrum illaec fecerint
quando haec aberit. odiosa haec est aetas adulescentulis.

620 e medio aequom excedere est: postremo nos iam fabulae
sumu', Pamphilē, "senēx atque anus."

sed video Phidippum egredi per tempus: accedamus. 15

PHIDIPPVS LACHES PAMPHILVS iv

PH. Tibi quoque edepol sum iratus, Philumena,
graviter quidē; nam hercle factumst abs te turpiter.

625 etsi tibi causast de hac re: mater te inpulit.